



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 42. Novem Baji propositiones a Complutensi, & Salmanticensi universitate proscriptæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI
A. C. 1583

mini dabatur, quod proponere auderet, hoc juramentum, quod ab eis exigetur, deletum iri, quando pro Doctoratus honore accessuri essent: hæc igitur accusationum capita ad Toletum Cardinalem transmittentur, unacum pluribus propositionibus, quæ tam doctrinam, quam Baji Doctoris temeritatem concernebant: harum vero propositionum judicium Toletus ad Complutensem, & Salmanticensem Universitates remittebat.

§. XLII.

Novem Baji propositiones a Complutensi, & Salmanticensi Universitatibus proscriptæ.

Bajan. l. c.

Itaque hoc anno præfatæ Universitates suam quævis censuram pronuntiabat, & quidem Complutensis novem sequentes hæc propositiones damnabat.

I. *Propositio.* „Omnis pœna est pœna peccati: itaque omnia, quæ sancti sunt, passi, & patiuntur, ut Job, Tobias, B. V. Maria, & omnes Martyres, & sancti, propter suum peccatum patiuntur.”

Censura. „Hæc propositio duos sensus habet, quorum primus est, ut nomine sui peccati significetur peccatum originis, a quo ex sententia hujus Doctoris ne B. quidem Virgo immunis

„munis fuit, & in hoc sensu non er-
 „roris condemnanda. Secundus, ut
 „per suum peccatum significetur pec-
 „catum actuale, quod intendisse vide-
 „tur hic Doctor, propter ea, quæ con-
 „tinentur secunda, & nona propositio-
 „nibus, in quo sensu est erronea.,

Sæcul. XVI.
 A.C. 1582.

II. *Propositio.* „Indulgentiæ quidem
 „dantur de thesauro Ecclesiæ: sed hic
 „thesaurus sunt Christi merita, non
 „Sanctorum, qui vix sibi sufficiunt, sed
 „ex Christi gratia habent omnia.

Censura. „Cum vix sibi sufficere San-
 „ctos dicat, erronea est propositio.

III. *Propositio.* „Locus Joannis 6.
 „Caro mea vere est cibus &c. proprie in-
 „telligendus est de spirituali manduca-
 „tione, & non de sacramentali.

Censura. „Nisi ex aliis propositioni-
 „bus suspectus esset hic author, nihil
 „esset hic adnotandum: quia tamen
 „suspectus est, propositio ista videtur
 „applaudere Luthero, qui hunc locum
 „ne Syllabam quidem habere unam de
 „Eucharistiæ Sacramento attestabatur,
 „quare sapit hæresim.

IV. *Propositio.* „Locum Lucæ: *Ego*
 „rogavi pro te. *Petre*, &c. exponens di-
 „xit, Petrum illic gerere personam ele-
 „ctorum, sicut Judas est caput repro-
 „borum.

Sæcul. XVI.
A.C. 1582.

Censura. „Hæc propositio ut mini-
„mum reddit authorem de hæresi su-
„spectum.

V. *Propositio.* „Romanus Pontifex
„non est appellandus Universalis, quia
„S. Gregorius illud nomen abhorruit,
„& reprobavit.

Censura. „Hæc propositio sapit hæ-
„resim.

VI. *Propositio.* „In Apologia ad Gre-
„gorium XIII. pro suis condemnatis ar-
„ticolis habet, hominem posse apud
„Deum justificari non habito respectu,
„aut relatione ad merita Christi.

Censura. „Hæc propositio est hæ-
„retica.

VII. *Propositio.* „In Concilio Tri-
„dentino sunt quædam inconsiderate
„posita.

Censura. „Si de Canonibus, ac De-
„cretis fidei, & morum intelligitur, est
„hæretica: si de iis, quæ ad reforma-
„tionem pertinent, contumeliosa simul,
„& temeraria.”

VIII. *Propositio.* Post publicationem
„Sanctissimi D. PP. Bullæ condemna-
„tionis articulorum, non destitit hic
„Doctor in Scholis, & Disputationibus
„spargere, & docere, ac defendere sua
„nova dogmata, & alia antiqua, quæ
„erant illi interdicta.”

Censu-

Censura. „Ostendit pertinaciam, & „auget suspicionem personæ, cujus sunt „hæ propositiones. „

IX. *Propositio.* „Martyrum passio- „nes, & tormenta purgationes sunt „peccatorum, non coronæ. „

Censura. „Hæc propositio vel inepta „est prorsus, atque stolidæ, si coronæ „nomen præmium significat, vel plane „hæretica, si pro merito usurpetur, „quem sensum reddere videtur, pro- „pter primam, & secundam proposi- „tionem. „

Porro Salmanticensis Universitas easdem propositiones ferme eadem cen- sura, iisdemque vocibus, ac notis pro- scripsit, neutræ tamen censuræ dies, qua ferebatur, adscripta legitur.

§. XLIII.

Continuata historia de fatiſ Gebhardi Truchſeſii Coloniensis Archi- episcopi.

Ad initium hujus anni reparatæ Salu- *Thuan. l. 78.*
tis millesimi quingentesimi octoge-
simi tertii quarta Januarii die Grego-
rius XIII. summus Pontifex Pii IV. ci-
neres ex Divi Petri Basilica ad Eccle-
siam sanctæ Mariæ ab Angelis transferri
curabat, quæ tamen translatio absque
ulla pompa duntaxat per duodecim
Sacerdotes tum peragebatur; primum
F 5 enim